



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

3. Dies Septembris. Quidni omnia possilia sunt innitenti super eum, qui
omnia potest? S. Bernardus serm 85 an Cant.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

Septemb.

Tessera.

695

Deum, dic submissimā animi reverentiā cum magno Augustino: (a) *si obedire tibi, mihi amabile; & resistere tibi execrable.* Qui imperanti paret, magnam sibi gloriam parit. Suffragatur Poëta :

Qui iussis paret, præmia magna parat.

3. DIES SEPTEMBRIS.

Quidni omnia possibilia sunt innitenti super eum,
qui omnia potest? *S.Bernardus serm 85 in Cant.*

Fortitu- I. **N** spectatissimum virtutum thea-
do.

In quod aperimus , mihi videtur
Fortitudo, jure quodam procedere , ut
Regina coronata; quæ , cùm sit timen-
dorum omnium contemptrix , vim suam in omnes vir-
tutes explicat, terroreisque sub jugum mictit. Est au-
tem, teste Tullio, & approbante D. Thoma : (b) *For-*
*titudo, considerata periculorum suscep-
tio , & laborum per-
pessio.* Est porro illa una de præcipuis virtutibus; qui-
bus, humana vita ad virtutem instruitur, ut conlen-
tiant omnium Sophoram Scholæ, & Theologorum
exedræ ; atque adeò inter Cardinales eam reponunt;
id est, in eo gradu, qui proximè ad Divinas virtutes
accedat. Est enim , una de rotis currus triumphalis,
quibus anima pervehitur ad cælum. Versatur autem
hæc virtus circa Metum , & audaciam , quæ duo ho-
norificè moderatur, ut asserit Augustinus : (c) *Qui*
vera virtute fortis est; nec temere audet, nec inconsulte
tumet. Sæpè fit; ut, si quis fortè opus aggrediatur Nu-
mini acceptum, & propagandæ gloriæ tuæ decorum;
subito innumeræ difficultates , & periculorum ilias;
& plura etiam , quæ Herculi monstra objiciantur,

Xx 4

quæ

(a) *Meditat.c.7.* (b) *l.2.de Invent.* (c) *Epist.ad Hier.*

quæ metu animum debilitent, & secundo vento volitante, ut remoræ pernitosæ cohibeant; vel ita, & desperatione concita mens in abrupta inconsideratè feratur. Adversum hæc, & alia, quæ timenda hominibus videntur, vires exerit fortitudo; quæ moderatrix earum animi perturbationum, frænos manutennens, cohibet se temerè jactantem audaciam, & vultu ferro, ac vi illudentes animo metus dejicit.

II. Vox ea est Heroica Fortitudini, quam & sibi auctoratis militibus ingemihat: (a) *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Anima innixa suo sic dilecta, qui omnia potest; quidni & sibi putet omnia possibilia? Responde his quæstionibus, & ex iis formata tibi animi decreta. Non vis studere uni illi negotio? quod unum inter omnia est solùm necessarium ut consequendæ saluti, & assequendæ perfectioni, juxta illustrationes, & gratias tibi divinitùs collatas? at qui conqueriris salutem, & perfectionem tuam, nisi per virtutes? Jam verò, virtutes tuæ, quomodo erunt perfectæ, nisi adhibeas fortitudinem necessariam iis perficiendis? Tibi ad perfectionis apicem erit enim obiectum non poëtica aliqua Megæra, aut Lernea Hydra, aut è fabulis Cacus, latrocinio, & barbarie infamis, sed cogitare necesse est bellum multorum capitum, immanibus formis circum septam; quam sequuntur morbi, jacturæ, exilium, minæ truces, furor, acerbitas, cruciatuum apparatus, & terribilium omnium Colophon, mors. Putasne te hæc omnia posse vel spernere, vel vincere sine præsidio Divinæ Gratiæ? Putasne Gratiam effecturam omnia, vires, & labore, quantum illa meretur, te non conferente? plusne à te exigitur, quām possis? Et, si quod exigitur, potes, non erubetis

(a) *Philip.* I. 13.

mb.
vento
el ita
alide
la ho
node
inute
& ve
& sibi
ossum
ecto,
possi-
otma
onof
tuz
juxta
at qui
si per
per-
obj-
ydra,
amisi-
cum;
entur
bitas;
olo-
nere,
Gra-
tum
tur,
elcis

Septembr. *Tessera.*

697

nolle? si penes te esset opibus, viribus, scientia, dignitate, aliisque naturae donis, vel fortunae bonis abundare; quid quamne, quod posses facere, omitteres, quo optata consequereris? Cur tam remissus es in prosequenda perfectione, cum tibi hoc sit integrum; nec aliquid ad hoc supra vires exigatur?

III. Fortitudo, dos potius est animi, quam corporis. Ille animus est summè fortis, qui Deum summè timeret; & peccandi pavidus, omnia audet, ne pecchet. Quod nemo facit, mollis, effeminate, vinctus cupiditate, aut vinctus timore. Qui fieri potest, ut fortis dicatur, qui omnium timidissimo hoste vincitur, Timore inquam? Viro forti infixus semper est timor, & execratio ejus rei, quam damnavit natura, & aversatur ratio. Natura ita comparatum est; ut mala timeamus, bona appetamus. Quid peius culpam? ista semper timenda est supra ipsam mortem. Quid melius Honestatem? haec semper appetenda est supra ipsam vitam. Quate viri fortis, & compositi ad naturae gustum, est timere omne peccatum, amare omnem honestatem. Et timore peccati, aut amore Iustitiae confidere audere. Itaque, vir fortis, ne mala faciat, est pavidus; ut mala perferat, impavidus; ut bona agat, cupidus; ut exequatur, audax. Communis utilitatis amator, privatæ oblitus; in laboribus, patiens, adversus mollia, durus; in periculis, firmus; in arduis, fidens; in gerendis, magnanimus; in gestis, modestus; in adversis, constans; in secundis, temperatus, in utrisque idem; in dissimilibus, sui semper similis; in variis, unus; in omnibus, invictus. Est igitur unius studiosissimus virtutis: parerationi, imperare cupiditati, vincere le, ac invictum se praebere

Xx 5

bere

698 *Christiani Militis.* Septemb
bore voluptati, ac dolori: aspernatur mollia; & dul-
cia optat acerba, & aspera corpori; memor illius:
Spiritus indè perit, dum corpus dulcia querit.

4. DIES SEPT E M B R I S.

Quis, ei de sæculo est timor; cui in sæculo Deutel-
tutor? *S. Cyprianus de orat. Dom.*

Fiducia I.
in De-
um:

Ecce hîc pulcherrimæ Matri
pulcherrima filia, firma in Deum
fiducia; quæ ex gremio fortu-
dinis prodit, ut qualis, quanto
que sit, omuibus prodat. Hâc fretus homo, qui ei
nihil, nihil non potest. Salomon, inter alia sapien-
tiæ Divinæ placita, & prudentiæ monita, sic infat:
(a) *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo.* Vi-
debat hanc suam doctrinam in terris passim con-
temni, & dolebat; cùm indè in mores, incommoda-
non levia; in mentem, error; in Intellectum, caligo;
in Religionem nævi importarentur. Sciebat Reges,
& purpureos Dynastas legionibus bellatorum en-
Etos exultare solere, de Numinе parum sollicitos. Vi-
debat mercatores in industria sua spem omnem, &
fiduciam reponere; doctos ingenio; militem equo,
aratem fundo; nautam velo; perjurio incastum;
fraudi, & astutiæ litigatorem; mechanicos, & sellu-
larios artificio tantum suo fidere. Hinc oriri con-
minatum vitæ genus, cœcum amorem sui, Dei obli-
vionem, ingratæ mentis, vitium, & non ferendam
impietatem. Nam ex hoc fonte, vana supersticio
& novorum Deorum satus profluxit; dum quisque
id Numinis habet loco, cui præcipue fudit, illudque

(a) *Prov. 3.5.*